



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. XIII. De Officio Ostiarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

contra quam præscriptum est, cuiquam laico in Ecclesia musici munus illis diuinis, Ecclesiasticis ve officijs, aut in Ecclesia, aut foris concelebrandis committatur: nec rursus ille suscipiat, geratve, pœnis multisve propositis arbitratu Episcopi.

Qui contrauenientes prædictas pœnas luent. Cap. IX.

Es autem pœnas luat, tam qui suscepit, quam qui commiserit, dede-
rit, conduxerit, permisiterit ve: quicunque sit, siue Capitulum, siue fabri-
cæ administratores, siue rector Ecclesiæ, siue Confratriæ præfecti, siue alius
quispiam, ad quem id pertineat.

Qualiter consuetus tridui hebdomadæ sanctæ strepitus sit
edendus. Cap. X.

Triduo illo hebdomadæ sanctæ, quo ex sancte Ecclesiæ consuetudine stre-
pitus, & frager fieri solet, ad significandam in Iesu Christi passione, il-
larum rerum omnium commotionem, is semel tantum, post extremam matu-
tini officij orationem adhibeat, ad rubricæ præscriptum.

Cura verò sit eorum, qui Ecclesijs præsunt, ut à populo religiosa pij, mæ-
rentijsq; animi meditatione, ille fiat.

DE OFFICIO OSTIARII.

C A P . I.



STIARIJS fores Ecclesia custodiat. Ecclesiam suo tempore claudat, & aperiat.

Infideles, hereticos, excommunicatos, & alios, quibus iure interdictum est, ab Ecclesia arceat, & ejiciat.

Nec populum proprius ad Sacerdotem, rem diuinam facien-
tem accedere patiatur.

Campanas pulset.

In Ecclesia dormientes, videntes, ementes, deambulantes, colloquentes, aliave ratione officia diuina perturbates, & quouis moda indecorè, atq; irrene-
rēter se habētes, moneat; si pertinaces sint expellat; aut ad superiorē deferat.
Mendicantes excludat.

Ecclesiam verrendam curet.

Bruta deniq; oans ve expellat; quidquid ve in Ecclesia dedecet, amoneat.

Clericorum sit ostiarij functiones in Ecclesia Cathedrali, obeuntium,
Ecclesiasticos homines, supplicationum processionum ve causa in cer-
tum locum congressos, si quos vagantes deambulantes, colloquentes ve ani-
maduerterit, Episcopi auctoritate prohibere; tum etiam contumacium no-
mina ad eundem deferre.

D E